

DE VSVRIS  
ET COMMERCIIIS  
ILLICITIS

Commentarij quatuor resolutorij, summe  
vtiles, ac pernecessarij,

IO. BAPTISTA LVPO GEMINIANO. I. C.  
AVTHORE,

*Nunc primum cum Summarijs, & Indice rerum, ac verborum  
locupletissimo, in lucem editi.*

AD SERENISSIMVM FRANCISCVM  
Mediceum, Magnum Hethruriæ Ducem.

CVM PRIVILEGIIS.



VENETIIS, APVD IVNTAS.

M D LXXXVII.

COLL. SOC. IESU SALM. EX DONO REGVM.

*Eug. 51 del  
l'appente grande de aruba  
Num. 30. cap. 8.  
Num. 34.*



S E R E N I S S I M O  
F R A N C I S C O  
M E D I C E O , M A G N O H E T H R V R I A E  
D V C I ,



J O A N N E S B A P T I S T A L V P V S  
*Geminianus, I. C. D.*



V M administrandæ Reipu. ra-  
tio omnis ferè peti soleat , aut  
à præceptis huiuscemodi phi-  
losophiæ legalis , aut ab histo-  
riæ exemplis , pro quibus ca-  
pessendis , sicut Principes omnes , qui sese in  
rebus ciuilibus vsquequaque perfectos præ-  
stare student , summa ope niti decet ; ita te  
F R A N C I S C E Serenissime , ad hæc assequen-  
da omnibus propensiorem aspicio , quippe  
qui rerum à M A G N O C O S M O optimè ge-  
starum seriem , & domesticam eius discipli-  
nam , velut imaginem præclaræ virtutis in  
oculis collocatam retinens , non solum imita-

a z tione

IOAN. BAPTISTAE LVPI  
GEMINIANI  
I. C. CLARISSIMI

*De Usuris & Commercijs illicitis,*

COMMENTARIVS PRIMVS  
in l.Curabit,C.de action.empti.



S V M M A R I V M .

- 1 Diocletiani, & Maximiani, A.A. uita.
- 2 Imperatores duo, pluresue simul regnarunt , & quomodo.
- 3 Imperatores eligendi, atque creandi modus .
- 4 Cæsaris nomen unde dictum ?
- 5 Augusti cognomen unde dictum ?
- 6 Imperatores duo, pluresue, nunquid de iure possint simul regnare ?
- 7 Pontifex approbat, ungit, & coronat Imperatores .
- 8 Imperatores hodie accipiunt iura ab Ecclesia Romana,summoq; Pont.
- 9 Imperium hodie prouenit à Pont. & quando .
- 10 Pontifices duo, pluresue, simul esse non possunt.

Prefatio.



IOCLETIANVS & Maximianus AA. prout  
relatum est nobis in l. 5. sub titu.de action.empti,  
C. Decunæ ita rescripsierunt ,

*Curabit præses prouinciae compellere emptorem ,  
qui naſsus possessionem fructus percepit, partem pre-  
tii,quam penes se habet,cum usuris restituere;quas  
& perceptorum fructuum ratio , & minoris etatis fauor , licet nulla  
mora intercesserit, gene auit.*

Io.Bapt.Lupus Gem.de Usuris.

A Hactenus

Pontificij interpretibus. Quæritur, quibus magis sit adhærendum, & credi debeat? & Pet. Anch. in sua disputa. incip. antiquis & modernis &c. licet arguat prima facie videri dicendum Theologis, necnō sacrę Theologię magistris & professoribus in hoc magis credi debere: quia ut ipse ait, prohibitio usuratum trahit originē à iure diuino utriusq; sacræ paginæ, ut in c. quia in omnibus, & c. super eo, de usur. Vnde standum est peritis in ea facultate, arg. c. fraternitatis, de frigid. & maleficia. c. significasti, et ij. circa prin. de homici. l. 1. ff. de vent. inspic. l. semel. C. de test. mil. lib. 1 2. tamen ipse p̄trium resolut, q̄ imò in tali casu magis sit inhærendum opin. DD. iuris Pontificij. Mouetur ipse, quia scientia canonica principia liter ad hoc tendit, videlicet interpretari ius diuinum in dubijs casibus pertinentibus ad morale philosophiam, ut patet in prin. Decret. Scientia autem Theologica pertinet ad interpretationem iuris diuinī tantum quo ad opera Dei opt. Max. & sic supernatura lia, ut articulos fidei, Ecclesiæ sacramenta & similia, quod dicit benè probari in libro moralium B. Gregorij super Iob, in illa duplice expositione veteris & noui Testamenti. unde subdit ipse q̄ s̄epe uidit Theologos respondentes super dubijs quæ occurunt etiam in iure diuino, sed super casibus ad moralem philosophiam pertinentibus, prout sunt usuræ, decimæ, testamenta, matrimonia & similia, errare: quamobrem periculoso esset illis in hoc affirmantibus, uel negantibus credere. refert & corroborat Alex. cōf. I. nu. 34. & seq. lib. 2. quod etiam ab eo repetitum fuit, cons. 107. nu. 14. eo. lib. sequitur Ana. in c. in ciuitate, col. 4. de usur. Guliel. Bont. in suo tract. de usur. nu. 14. latè Deci. consi. I I. nu. 3. quod etiam alibi repetit, & faciunt quæ dicuntur supra in præcedenti articulo, & quæ traduntur per Roma. sing. 685. incip. Dicas quæ autoritas. Tiraq. in tract. Primigen. q. 60. nu. 5. Atq; ex Theologis ipsis fatentur hoc Sylueit. in sum. uers. usurpa, I. in prin. Soto lib. 6. de iust. & iure. q. I. art. 1. col. 4.

Ioannis Baptiste Lupi Geminiani I. C. de Usuris & Commercijs  
illicitis Commentariorum finis.